mandãdo ꝑsuadẽdo cõsulẽdo ra
tificãdo vel incitãdo coopat᷒ ali
quod predictoꝝ vel mortẽ vl' cor
poralẽ lesionẽ peccat mortaliter
et si nõ sequatur effectus. Sed si
sequit᷒ effectus: grauius ẽ: et si ꝑ
cussit l' hmõi: incarceratus esset
clericus vel religiosus: in quoli
bet predictoꝝ casuũ ꝑcutiens vl'
includẽs est excõicatus: nisi essꝫ
prelatus eius qui hec faceret cau
sa correctionis. Et vbi in predi
ctis. s. mãdato cõsilio coopatiõe
vel facto si essꝫ enormis iniuria
facta clerico vl' religioso nõ põt
absolui citra sedẽ apostolicã vel
legatũ vl' summũ penitẽtiariũ.
Secus vero si nõ essꝫ enormis in
iuria. De hmõi materia habes
diffuse in. 4. parte summe.
¶ Enormis iniuria dicit᷒ qñ ad
mutilationem membri seu effusi
onẽ sanguinis magnam. s. per
vulnus illatũ ꝓcessũ fuerit. Aut
si in eppiscopũ vel in abbatẽ pro
priũ manus violẽta iniecta sit.
vt. c. cũ illoꝝ. de sen. excõ. Aut
eni dicitur enormis arbitrio bo
ni viri ex circũstantiis locoꝝ tẽ
porum ꝑsonarũ. vt insti. de iure
naturali. §. atrox. Uel si ẽ facta
religioso: qꝛ nõ absoluit᷒ talis ci
tra sedẽ apostolicã vel legatum
eius vel eius summũ penitentia
riũ. secus vero essꝫ si nõ essꝫ enor
mis. ¶ Si quis interfecerit vl' mã
dauerit vl' fecerit interfici aliquẽ
christianũ ꝑ assassinos: etiã si ñ
sequatur effectus: ẽ excõmunica
tus et depositus omni gradu or
dine et dignitate seculari vl' ec
clesiastica: et similiter receptor
et defensor hmõi assassinoꝝ. c. ꝓ
humani. de homi. li. 6. Dicũtur
assassini quidã heretici. vide de
hoc in. 4. parte summe. ti. i.
¶ Si quis desiderat morteꝫ alte
rius deliberata ratõne in malũ
alterius: siue ex odio siue inuidia:
siue ex auaricia ut habeat eiꝰ bo
na vel ex luxuria: vt aliã accipi
at: vel ex superbia: vt i prelatio
ne succedat: vl' ex accidia: ne ha
beat causã gubernãdi eũ: vel vt
sit magis liber et nõ habeat cor
ripientẽ: in quolibet hoꝝ ẽ mor
tale: secus autẽ si hoc desiderat:
ne ipsemet vel ille deũ amplius
offenderet: vel ne peior efficeret᷒
aut ne bonis ꝑsonis vel ecclesie
dei noceat sicut tyranni. Si ve
ro quis ex impatiẽtia et ira ꝑcu
tit seipsum iniuriose peccat mor
talter: et si clericus sit ẽ excõmu
nicatus: secus si ex zelo deuotõis
ad reprimendã carnẽ vel tẽtati
ones: non tñ licet abscindere ali
quod mẽbrũ: al's peccaret morta
liter et efficeretur irregularis.
et si est clericus: esset excõicatus
¶ Si occidisset vl' vulnerassꝫ ali
quẽ in loco sacro: esset sacrilegi
um et eccl'ia violata.
¶ Si ꝑ violentiã etiã si sit offici

alis eduxerit malefactoré vel de bitoré de loco sacro vl' fecerit capi eũ peccauit mortaliter.

¶ Si fecit vel fieri fecit torneamentũ vel aliud spectaculũ vbi sit piculũ vite mortale pctm̃ est.

Sextũ preceptum de luxuria actuali ꝛ specieb' eius. c. vnũ.

Non mechaberis. Luxuria actualis que cõmittit́ extra matrimoniũ semp ē mortale peccatũ in omnibus speciebus suis: que omnes hic ponũtur. q2 distincte oportet eas cõfiteri vel interrogare cõfitẽtes si a seipsis non dicãt: nullo mõ tñ necesse ē iterrogare de his oĩbus: nisi necessitas cogat ne quis addiscat quod nescit: sed ꝓut ꝯuenit psonis que ꝯfitẽtur. et cũ habet́ vltima species: nõ est vltra descendendum ad alias particulares circũstantias nõ necessariasś: et cauto ꝛ honesto modo interrogandũ est.

¶ Si cognouit solutus solutam: que dicitur fornicatio: et si ē meretrix vel serua sua vel alterius: vel vidua: ꝛ etiã si tales induxit ad peccatum.

¶ Si tenuit cõcubinã et q̃to tpe quia vltra fornicationem est ibi scandalum ꝓximoꝝ: quia publicum licet sit fornicatio.

¶ Si virginez deflorauit extra matrimonium quod dicit́ stuprũ et si seduxit eam ꝓmittendo ducere in vxoré cogendus ē in foro conscientie vel ducere eã in vxorem sibi: vel eam dotare si põt: et iniuriatus ē parẽtibus eiusdẽ si hoc nescierũt.

¶ Si ipẽ solutus cognouit vxoré alterius vel ipse vxoratus cognouit solutam quod dicitur adulterium: et est duplex quando vterq3 est cõiugatus.

¶ Si intulit violentiã alicui qđ dicitur raptus: et si ꝯtra volũtatem parentũ grauius est.

Si nupte vel virgini vl' moniali grauissimũ est.

¶ Si cognouit cõsanguineã suã vel cõsanguineã vxoris sue vsq3 ad quartũ gradum cõsanguinitatis vl' affinitatis: et dicitur incestus.

¶ Idem de muliere que pmittit se cognosci a consanguineo viri sui.

¶ Si cum moniali scelus est opatus: vl' cum habente ꝓfessionem castitatis: et dicitur sacrilegiũ: Idem si mulier cũ clerico religioso prelato ordinario et hmõi.

¶ Si cognouit commatrem: vel quam tenuit ad baptismũ filiaz spiritualem vel chrisma: vl' quã audiuit in cõfessione: ꝛ dicit́ incestus vel sacrilegium.

¶ Idẽ de muliere que cũ compatre se miscuit voluntarie.

¶ Si per semetipsum vigilans ꝛ voluntarius se polluit: et dicitur mollicies siue manibus propriis vel aliis modis. de mõ nõ est interrogandum.

¶ Si cum masculis operatus est turpitudinem: vel femina cũ femina: vel vir cu3 muliere extra vas debitum: et dicitur viciũ sodomiticum.

¶ Si cum brutis operatus est nephas: et cũ quibus: et dicitur vicium bestialitatis.

¶ Si dieb' festiuis aliquod hoꝝ opatus ē: q2 grauius est secundũ

aliquos vero necesse ē ꝯfiteri hu
iusmodi circūstantiaꝫ: qꝛ mutat
speciem peccati.
¶ Si in ecclesia vel in loco sacro
aliquod predictoꝝ cōmisit: quia
dicit̄ sacrilegiū ⁊ p̱ hoc violatur
eccl'ia: ⁊ si istud essꝫ manifestū:
esset reconsilianda eccl'ia. De
peccatis vero que cōmittūtur in
cōiugio. s. tactibus et actibus in
honestis et osculis ac verbis ⁊ hu
iusmodi dicet̄ in. c. de luxuria.
¶ Nota tñ ꝙ de iure cōmuni pec
cata luxurie nō sūt reseruata epi
scopis: nec ꝑ aliquo illoꝝ est lata
sñia excōicationis a iure: sꝫ com
muniter p̱ synodales cōstitutōes
episcopoꝝ aliquos ex dictis casi
bus sibi magis reseruāt. vt ince
stū sacrilegiū. s. cū monialibus.
aliqui vero episcopi viciū bestia
litatis: alii etiaꝫ viciū sodomiti
cū ⁊ quedā alia in quibus ē lata
sñia excōicatōnis p̱ synodales cō
stitutiōes. Et ideo quere i dyoce
sibus in quibꝰ audis cōfessiones.

Nonū preceptū de luxuria
mētali ⁊ eius specie bꝰ. c. i.

ET nota ꝙ cogitationes cō
mittēdi aliquod peccatū lu
xurie que sūt in cōsensu rationis
semp̱ sūt peccata mortalia et cō
tra hoc preceptū Nō desiderabis
vxorē ꝓximi tui. ⁊ sūt diuersarū
specierū sicut sūt opa carnalia li
cet nō ita grauia mortalia sicut
opus exterius cōmissū. et cum di
cit penitens se habuisse cogitati
ones quibus ex ratione cōsensit:
interroget cōfessor erga quas p̱
sonas et cū quibus habuerit: qꝛ
si erga cōiugatā est adulterium
si ad solutā et ipse sit solutus: est
fornicatio: si cū consanguinea: ē
incestus. si cū masculo: ē sodomi
ticū. si cū virgine extra matri
moniū: ē stuprū. si cū religiosa:
est sacrilegiū. si p̱ violentiā: est
raptus. Interrogādū etiā ē quo
tiens habuit hmōi cogitationes
ad aliquā: qꝛ totiēs peccauit mor
taliter. Si p̱ interualla tēporum
hoc fecit: videlicet ex ratione de
siderat fornicari cū aliqua: post
ea vero se occupat i aliquo nego
cio vel cogitat de gubernatiōe
domus et hmōi: ⁊ exinde iteꝝ de
liberat fornicari peccat denuo
mortaliter: et sic deinceps. Sed
si cōtinue versat̄ in tali cogitati
one p̱ horas: unū tm̄ peccatum ē
sed tāto grauius quāto diutius p̱
seuerat cogitādo. ¶ Itē si mutat
cogitatōnes de vna persona ad
aliā vel ad diuersā speciē cū ea
dē p̱sona deliberās p̱ se de quali
bet semp̱ de nouo peccat morta
liter. Unde si centum mulieres
videret vnā post aliā et ad quā
libet specialiter animū determi
nat: centū mortalia cōmittit. se
cus si vna cogitatione hoc appe
tit: qꝛ vnū est habēs dōformita
tem tot peccatoꝝ. Interrogādū
est si diebus festiuis discurrit p̱
ecclesias ꝓcando mulieres: et si
phylocaptus ex aliqua secutus ē
eā: et quāto tp̱e. quod dicitur de
viro. Idē dicendū est de mulie
re erga virum. De delectatiōe
morosa in cogitatione supra dic
tum est in. c. de luxuria.
¶ Si mulier cū tentatur habere
amatores et cū ppendit aliquē ꝟ
aliquos ꝓcari vel eā amare car
naliter: ponit se ad fenestrā: vel
vadit p̱ aliquē locū ut videat̄ ab
eo: vel ponit se in eccl'ia vel alio

loco publico vbi discurrunt iuuenes ad pcandū: mortale ē: etiam si nō appetat peccare cū talibus qr occasionē ruine prestat. extra de iniur. et dā. da. c. fi.

Septimū preceptū de furto nō faciendo: et de vsura que diuersis modis fit ꝛ hʒ. 8. c.

Urtū nō facies. De vsurpatione rei aliene que in hoc precepto prohibetur. Nota ꝙ in omnibus infra scriptis specieb⁹ est mortale peccatū ꝛ tenet ad restitutionē ei a quo res capta est. ꝙ si ille ignoratur vel nō inuenitur: paupibus erogāda ē et nō solū qui accipit: sed etiam heres eius: si tñ de bonis eius ad euʒ ꝑuenit. c. michael. extra. de vsur̄

Circa vsuram quere primo.

Si mutuauit pecuniā numeratā ꝉ aliquid eoꝝ que vsu cōsumuntur: vt frumentū vinum oleū et huiusmodi intētione aliquid recipiendi vltra suū capitale: et illud plus qḋ accepit tenet restituere.

¶ Si mutuauit sup pignus rei mobilis: puta vestis equi ꝛ hmōi vel immobilis: vt domus: agri: et hmōi: et interī accipit vsufructū pignoris: dū alius tenuit pecuniā suā vsura ē. Excipit tñ casus qñ gener accipit possessionē in pignus a socero suo: quousqʒ dat sibi dotē: et sustinet onera matrimonii nutriēdo vxorē suaʒ extra. de vsur̄. c. salubriter.

¶ Si posuit pecuniaʒ penes mercatorē vel artificē cum intētiōe aliquid pcipiēdi vtilitatis licʒ nō fiat pactum de hoc: sed ponit in discretione eius volēs in omni casu capitale suū saluū vsura est sed si vult ita participare de dāno sicut de lucro: tūc licet etiam cū pacto: et in hoc solēt etiā offerre mulieres de dotibus suis: ꝛ dicūtur vulgariter deposita: sʒ est vsura. c. pleriqʒ. 14. q. 3. i textu et gl̄.

De soccedis aīalium.

Si in soccedis animaliuʒ pecoꝝ boū ꝛ hmōi ita paciscitur vt capitale sit saluū est usura sed si non est saluū sʒ nimis grauatur vna pars nō est vsura sed iniusticia.

¶ Si in emptione fructuū terre vel aliarū rerū exeo ꝙ ante per aliquos mēses ꝙ̄ recipet fructus vꝉ alias res soluit preciū ꝛ ꝑpter hoc emit minus iusto precio uꝉ si valebat decē emit ꝑ nouē vsura est. secus si faceret hoc qr verisimiliter pōt etiā minus valere ꝙ̄ illud quod soluit videlicʒ octo.

De uenditione ad terminū.

Si uēdidit ad credentiā seu terminū pānos laneos lineos de serico uel alia quecūqʒ maiori precio ꝙ̄ ad ꝯtātos. qr si uendidit sic plus iusto precio rōe dilationis usura ē. si uero no uēdidit plus iusto precio sed nō uult facere ita bonū forū ei sicut illi qui dat pecuniam numeratam sibi nō est usura. Tho. et extra. de usur̄. c. nauigāti. ꝛ. c. in ciuitate tua.

De cambiis.

Si fecit cambia minuta. puta de uno floreno aureo ad monetam uel ecōuerso accipien

usura

do aliquid secundu; communem cursum nō est illicitum.
¶ Si fecit cambia realia p litteras de loco ad locū: et nō ficta: ē licitū moderatum lucrum.
¶ Si fecit cambia que vulgarit dicuntur sicca: vt p venetos a libre de grossi: vsura est: q2 realit est sibi mutuum: s3 sub spe lucri hec frequentātur Florentie.
¶ Si tutor vel curator pupillorū vel pcurator et factor cuiuscūq3 pecuniam pupillorū vel patronorum dedit ad vsurā in vtilitatē illorum vltra peccatum mortale pmissum in casu quo illi nollint vl' nequeāt restituere: q2 illi qui habuerunt utilitatē principalit tenētur: s3 nō restituētibus illis tenetur pcurator tutor ꝛ curator et huiusmodi.
¶ Si quis emit agrū uel domu3 multo maiori precio q̄ ualeat: intendens q ēditor reemat ab eo deducēs hoc in pactū: et ipse interim fructus recipiat: vsura palliata est.

De mutuantibus sub spe.

SI quis pter pecuniam mutuatam aliquādo petit vel spat principaliter habere ab eo aliquod obsequiū vel vtilitatem que precio possit estimari: vt opera laboratorū vl' boū ad colendū terras uel mutuationē iumētorū uel aliquod donū ul' ut pcuret ei officiū vel beneficiu3 ecclesiasticum vel seculare. vel q det sibi ppt hoc pl' de fructib' terre ei' quā colit usura ē. Et quādo ppt hoc nō ab eo cui mutuauit: s3 ab alio: vt a domino vl' a coītate recipit vtilitate3: exinde debet illud paupibus erogare.

De accipientibus ad usuram.

SI quis accepit mutuo ad vsurā nō ad pvidēdū sue necessitati s3 vt det ipse ad usura3 uel ludat: l' al's male utatur peccat mortaliter. Idē si eū inducit qui al's nō erat feneraturus. Petrus de palu.

De facientibus statuta i fauorē usurariorū

SI fieret statutū in aliqua ciuitate uel castro uel loco q usure soluātur ul' q solute nō possint repeti: aut repetite nō debeant restitui: excoīcati sūt qui faciūt hmōi statuta et qui iudicāt secundū ipsa. Unde illi qui faciunt capitula cu3 iudeis: ut domini et coītates ptinētia q possint fenerari: ul' q nō possint repeti in iudicio usure extorte ab eis ꝛ hmōi: videntur incidere in hāc excōmunicationem. Domini vero qui hoc faciūt ꝛ ciues qui hoc cōsulūt. extra. de usur. in cle. ne ex graui.

Capitulū. 2.

DE emptione uero denariorum mōtis ut Florētie: uel imprestitorū ut Uenetiis: ul' locorum ut Ianue: q2 aliqui ponunt cōtractū esse usurariū: alii vero non. s. cōtrarium tenētes. Ideo nemini psulas ut faciat ptractū factum uero si potes inducere ut post mortē ip'ius ul' unius alterius finiat l' satisfaciat coītati: ul' det paupib': bonū erit. Si uero nō uult adherēs opinioni cōtrarie: nō facile cōdemnes: quia in huiusmodi secundū doctores nō est precipitāda sentētia. De his et aliis supra dictis habes in se

De fraudulẽtia que multis modis committitur. c. 3.

De fraudulẽtia que fit: uel i rei substãtia uendẽdo unã rem ꝓ alia. ut uinũ limphatuꝫ ꝓ puro: carnes pecudinas ꝓ castratis. cera et aromata cũ aliis mixturis. uł in quantitate dãdo mẽsuras et põdera diminuta: puta uncias nouẽ pro libra. uel i qualitate: ut rẽ prauã ꝓ bona ut pannum ferrũ coriũ aromata aĩalia defectuosa fructus et hmõi: et in his si notabiliter dãnificauit ꝓximuꝫ peccauit mortaliter et tenetur ad restitutioneꝫ. Si parũ nec plus intendẽs uenialiter et paupibus erogetur.

¶ Si uẽdidit rẽ aliquã mł'to maiori precio ꝙ ualebat secunduꝫ cõmunẽ estimationẽ illius tẽporis aduertẽter peccauit mortaliter ⁊ tenet̃ ad restitutioneꝫ si ꝓximus notabiliter leditur: secus si paꝝ. Idẽ si emit minori precio ꝙ ualeat ex ignorãtia uenditoris.

¶ Si fraudauit iustas gabellas et pedagia tenet̃ cõmunitati restituere si multũ uel etiã parũ: sꝫ tamen intendens multũ mortale est.

De falsificatione. c. 4.

Si quis falsificauit aliquod instrumẽtum uel falso sciẽter utit̃ ultra mortale tenet̃ ad omne damnũ quod inde sequit̃.

¶ Si quis falsificauit litteras papales uel falsificatis sciẽter utit̃ est excoicatus cuius absolutio pape reseruatur.

¶ Si quis ex falsa causa suggesta qua expressa non obtinuissꝫ bñficiũ qđ recepit licet nõ sit excommunicatus: tñ tenet̃ ad restitutionẽ eius quod sic recipit seu ad renũciationem bñficii uel resignationẽ et hmõi.

¶ Si quis falsificauit monetas ultra peccatũ tenet̃ ad restitutionem. Idẽ si falsis sciẽter utitur et etiã ipẽ qui in hmõi fuit deceptus. ¶ Si quis falsat mẽsuras uel põdera ciuitatis uel coĩtatis uł falsis sciẽter utit̃ ultra mortale tenet̃ ad restitutionẽ ⁊ omniũ damnoꝝ inde sequentium.

¶ Si quis falsat litteras prelatorũ uł sigilla uel alioꝝ ultra mortale tenet̃ ad satisfactionẽ oĩum dãnoꝝ inde sequentiũ. Idẽ de falsificãte libros uł alias scripturas in damnũ alioꝝ. ¶ Et nota ꝙ ꝯtra falsificãtes instrumenta uel cõstitutiones p synodales litteras uel alia in aliquibus locis lata ẽ sñia excoĩcationis.

Excõmunicatio papalis.

Si quis i bullis papalibꝰ apponit uł remouet unã litteram ł punctũ secundũ Host. ẽ excõmunicatus excoĩcatione papali que fit i curia: nã de iure coĩ ñ habet̃. et hoc si bulle habẽt uigorẽ. nã si expirasset earum ualor puta qꝛ erat grã ad tẽpus ⁊ expirassꝫ si totũ traderet̃: nõ incurreret quis excoĩcationẽ nec aliquã penam. Ricardus.

Capitulũ quintũ de iniustitia que fit in iudicio.

De iniusticia uero que fit a iudicibus assessoribus aduocatis ꝓcuratoribus et notariis et de quibus debẽt interrogari dicetur infra.

¶ Si officialis quicũqꝫ dat iniustã sententiã sciẽter uł ex igno

rãtia crassa et supina tenet par
ti lese ad satisfactõnē omnis dã
ni: nisi satisfaciat ille ꝓ quo ē la
ta sñia et similiter assessor vl' ali
us qui ad hoc coopatur: ⁊ peccãt
oēs mortaliter.

Advocatus et ꝓcurator qui sci
enter defendũt iniustã causam
si obtineãt similiter tenētur par
ti lese ad satisfactionē in solidũ
si nõ satisfaciat cliētulus.

¶ Idē si ꝑdidit iustã causã ex ig
norãtia crassa vel negligentia.

¶ Accusator et testis scienter ꝓ
cedentes cõtra aliquē falso tenē
tur de omni dãno ipsi accusato:
et peccãt mortaliter.

¶ Domini qui gravãt subditos ĩ
collectis iniustis tenentur ad re
stitutionē. De viciis eoꝝ de qui
bus sũt interogãdi habes in .3.
parte. c. 2.

De furto. c. 6.

SI quis rē aliquaz occulte in
vito dño nõ solum abstulit
ab extraneo: sed etiã filius parē
tib' uxor viro: servus dño: disci
pul' magro: socius socio: ꝯsãgui
neus ꝯsãguineo: furtũ ē si ē ali
quod notabile dãnũ: vñ ⁊ morta
le ⁊ tenēt ad restitutionē. secus
si quid mimũ vt aliquos fructus
et quatrinũ et hmõi:

¶ Si rem sibi mutuatã retinuit:
vl' aliaz rē alterius venientē ad
manus eius nõ restituit furtũ fe
cit: nisi ille tãtundē haberet de
suo certitudialiter quod nõ vult
restituere.

¶ Si inventa que nõ habētur ꝓ
derelicto nõ restituit: sed sibi re
tinuit. Et si post inquisitionē nõ
reperitur cuius sunt inventa de
bet paupibus erogare: al's esset
mortale: nisi ipsi vt indigēti da
rentur. De thesauris inventis
multũ statur cõsuetudini.

¶ Si vsus ē pignore ad sui utili
tatē ꝯtra dñi rei voluntatem.

¶ Si vsus ē re ꝯmodata ad aliũ
vsum q̃ fuerat cõmodata: vel re
deposita sine licētia deponētis:
nisi presumat dominũ rei esse cõ
tentũ tenet hmõi de illa utilita
te. ¶ Si religiosus dedit de boñs
monasterii sine licētia supiorũ
habita vel presumpta. Idē si ali
quid occulte recipit vel retinet:
quod ē mortale.

¶ Si prelatus expendit bona ec
clesie ĩ turpes vsus deputata re
parationi ecclesie vel paupibus
vel bona monasterioꝝ: peccat
mortaliter.

¶ Si aliquis recipit a religiosis
aliquid sine causa rationabili: ꝟ
ꝓ turpitudine vl' lucri acquisitio
ne: vel causa amicicie et parēte
le sine aliqua indigentia.

De sacrilegio quod cõmittit circa res sacras. c. 7.

DE sacrilegio qd' ē circa res
sacras. Si imposuit vel de
dit sup hoc cõsiliũ vt imponerēt
collecte clericis sive eccl'iasticis
personis: nõ habita licētia a Ro
mano põtifice: ⁊ si secutus ē effe
ctus vltra mortale tenet ad resti
tutionē: et nisi post admonitõez
desistat ē excõmunicatus.

¶ Si fecit vel fieri fecit statuta
ꝯtra libertatē eccl'iasticã: vl' cõ
suluit fieri: vltra mortale tenet
de dãnis factis estq; excõicatus
ipse: necnõ scriptores ⁊ iudicãtes
secundum ea.

¶ Si vsurpavit patronatum de

nodo alicuius ecclesie vacãtis vl' monasterii vel locoꝝ pioꝝ vl' bona ipſoꝝ locoꝝ vacãtium ẽ excõmunicatus.

¶ Si abſtulit res ſacras vt calices et paramenta de loco ſacro: aut rem ſacrã de loco nõ ſacro ⁊ furãs in eccl'ia res nõ ſacras.

¶ Si effregit locũ ſacrum vt portas eccl'ie vel locũ religioſũ: vel portas ꝯuentus: vltra peccatum et obligationẽ ad reſtitutionem tenetur de iniuria et de dãno ⁊ eſt excõmunicatus: ⁊ ante denũciationez poteſt abſolui a dyoceſano: poſt denũciationẽ vero ſolum a papa vel penitẽtario. ca. conqueſti. extra. de ſen. excõ.

¶ Si fecit incendiũ ſtudioſe in loco ſacro vel religioſo: idẽ iudicium ẽ ſicut de effractore. vt. d. .c. ꝑuenit. Incẽdiarii autẽ aliorum locorum de iure cõmuni nõ ſũt excõmunicati. In aliquibus aũt locis ſic ꝑ ſynodales cõſtões

¶ Si legata facta eccleſiis l' aliis piis locis aut paupꝑibus nõ ſoluit integre ⁊ ſi nimiſ differt peccat mortaliſ: niſi impoſſibilitas eũ excuſet: ⁊ alicubi ẽ excõmunicatio ſynodalis.

¶ Si clericus recipit beneficiũz ſymoniace ultra vicium ſymoie omnes fruct⁹ illius beneficii furtiue accipit et teneſ ad reſtitutionem.

¶ Si prelatus eccl'ie ex dolo l' lata culpa amittit bona eccl'ie: tenetur ad reſtitutionem.

¶ Si ñ dedit laicus decimaſ vbi ꝯſuetum ẽ dare tenetur ad reſtitutionem.

De rapina violẽta. c. 8.

Rapina eſt qñ res iniuſte auffertur ꝑ violẽtiã. ¶ Si rem alteri⁹ rapuit vltra mortale ⁊ reſtitutionem ad quã teneſ debet etiã petere veniã ſi cõmode pȏt de iniuria violẽter illata.

¶ Si quiſ ẽ pirata predãs in mari quoſcunqz indifferẽter: vltra mortale ⁊ reſtitutionẽ ad quam teneſ eſt excoicatus papali excõmunicatiõe: vt patz ꝑ ꝓceſſũ qui fit annuatim i curia ꝯtra hmõi ſecus vero eſt de illis qui faciũt hoc preciſe cõtra illos cũ quibus habent bellum.

¶ Si quiſ ẽ depredatus Romipetas vel eũtes vel redeũtes ab vrbe Rome vl' depredatus ẽ portãtes neceſſaria ad vſum curie eſt excoicatus a papa.

¶ Si in bello iniuſto depredat⁹ eſt etiã inimicos vltra mortale ⁊ reſtitutionẽ nõ debz abſolui: niſi diſponat i illo et in omni alio iniuſto nũq̃ ſe repire.

Si i bello iuſto abſtulit ab amicis: ſicut faciũt ſtipẽdiarii: l' ab eccl'iis iimicoꝝ teneſ reſtituere

¶ Si inuaſit hoſtiliſ vel diſcurrit ꝑ terras eccl'ie vltra peccatũ et reſtitutionẽ eſt excoicatus ex cõmunicatione papali ꝑ ꝓceſſuz curie annualem. ¶ Nota q͛ oẽs dãtes cõſiliũ ad aggrediendũ: ſiue ſumendũ aliqđ bellũ iniuſtũ ſine quoꝝ cõſilio nõ fuiſſ; factũ vel fieri nõ poterat tenẽtur inſolidũ de oib⁹ dãnis inde ſecutiſ. Hec Ray. et alii.

¶ Si participauit in crimine rapine vl' furti vl' alterius iniuſte damnificationiſ in aliquo infraſcriptoꝝ modoꝝ: qui cõtinẽtur i his verſibus. Iuſſio cõſiliũ cõſẽſus palpo recurſus. Participãſ mutus nõ obſtãs nõ manifeſtãs teneſ inſolidũ. i. i totũ de omni

dāno secuto: quousqȝ isti qui passus est satisfactū sit. Intellige tñ hoc cū distinctione: videlicet ad primū versū de tali iussione vl' consilio vel consensu coopationis: vel palpo. i. adulatione vl' recursu. i. receptione latronum vel rerū ablatarū tali dico adulatione et recursu q sine hmōi ñ fuisset facta rapina vel damnū al's ñ tenet nisi in ptū puenissȝ ad eū de re rapta vel de quāto dāno fecisset cū suis: vel quantū plus fuissȝ factū ppt aliquod predictoꝝ ab eo factoꝝ.

¶ Quantū ad secundū versū nota q nō obstās nō manifestās et etiā mutus tenētur qñ sūt officiales et possunt impedire damnū: et nō faciūt: al's nō tenent ad restitutionē: licet peccēt si possunt impedire damnū et nō faciunt. Tho. in. 4. di. 22. Pe. et Alb.

¶ Item etiā plura dicit: vel pl'a de his referūtur sup. c. sicut dignū. de homicidio.

¶ Quantū ad participationem istud fieri potest multipliciter.

¶ Uno mō coopando cū aliis ad rapiendū: et tūc ad illud tenet quod recepit vel dānificat si nō fuit in causa principali vl' quasi

¶ Secūdo modo recipiēdo p viā doni de rapina: et ad illud tenetur quod recipit. ¶ Tertio modo p ɔsūmationē rapine: vt victus vestitus ⁊ hmōi: sicut famuli raptoꝝ et famuli vsurarioꝝ: vel ipsoꝝ vsurarioꝝ qui habēt omnia de rapina vel vsura: et tenētur ad illud quod cōsumūt. ¶ Quarto mō p dotationem: vt maritus qui sciebat socerū nō habere nisi bona rapta et vsuraria nō potest recipe dotē ⁊ si recipit tenetur restituere. Si aūt filia remanet vidua: tenet restituere dotē q2 de alieno est: sed si nesciebat esse: tūc diuersa est opinio inter doctores vtrum teneat maritus eius vl' filia: sed filia videt teneri. ¶ Quinto p emptionē rei rapte vel furtiue: et si scienter fecit ob sui vtilitatē vltra mortale tenetur ad restitutionē si inuenit dominū rei: si vero nō repit pauperibus erogare tenet vl' preciū eius: etiā si iā ɔsūpsisset. si vero ignorāter siue ignorantia iuris siue facti a peccato pōt excusari: sed qñ scit tenet ad restitutionē si nondū distraxit: etiā sine precio petito a dño rei: sed repetat a vēditore si pōt. Idē de oībus qui successiue emerēt rē hanc nisi prius distraxerint illam rē: q2 bona fide distraxerūt vendēdo nō tenētur ipsi: sed emēs eā. De hac materia vide i. 2. pte sūme.

¶ Qui impedit aliū iniuste a cōsecutione alicuius officii vl' bñficii vel officii eccl'iastici vel secularis vbi sibi erat iā ius acquisitū tenet ad satisfactionē tal' dāni. Si aūt nōdū erat sibi ius acquisitū: ȝ erat i via acquirēdi tenetur ad arbitriū boni viri ꝑtū pōt illud dānū in ipso dubio estimari. Similit et qui deiicit iniuste aliquē ab obtento iuste vel aliter ꝓcurat eiici: sicut cū iuste procedit. Tho. in. 4.

¶ Qui infert damnū quod i specie restitui nō pōt: vt mutilatio mēbri cū quo ille lucrabat: vide licet manū in scribēdo: virginitatē alteri auferēdo: precipue p violentiā et seductionē. mortē inferendo alicui qui solo labore nutriebat familiā sciēter dādo ad

vecturā vel vendēdo equū claudicantē vel aliū nociuū et nō illi iudicando: vñ emptori sequit̄ nocumentū tenetur satis facere de huiusmōi ad arbitriū boni viri.

¶ Si mulier supponit sibi alienum partū vel cōcepit de adulterio nesciēte viro tenet̄ viro de oibꝰ expēsis factis filio putatiuo et cōsanguineis et filiis vel aliis heredibus de his que puenerīt ad eaꝫ bonis: sꝫ tñ tenet̄ mulier illa manifestare factū cū periculo vite sue Ray. sꝫ quō agēdū sit vide i.2. pte sū.ti. de restitutionibus.

¶ Si ex̄ns camerarius siue thesaurarius coitatis qui vulgarit̄ dr camerligus seu notarius seu aliquod habēs officiū pro quo ē sufficienter salariatus et nihilominus ab his personis cū quibꝰ exequit̄ officiū suū: puta faciēdo cedulas ⁊ huiusmōi aliquid exigit usurpatio ē nec puto qꝫ excuset eū cōsuetudo sicut nec a rapia. ppter hoc eni statuuntur salaria ne petat ab illis vñ ⁊ peccat et dꝫ pauperibus erogare. hoc dico qꝛ difficile esset dare tale quid ppriis personis cū quid medicū sit. ar.14. .q.5.c. nō sane.

¶ Si cum pecuniis coitatis quas hꝫ i deposito negociat̄: ⁊ si quid cū eis lucrat̄ p cōtractus usurarios tenetur restituere usuras ei a quo accepit. Si uero p cōtractum licitū uidet̄ teneri coitati saltem p parte vel partē paupibꝰ erogare tenet̄.

¶ Si quis ingressum in religionem educit vel p uiolentiā vel p persuasiones ultra peccatū mortale cōmissum est excoicatus cū uiolētiā infert psone et tenet̄ illū uel aliū inducere ad religionē in satisfactionē. vel tenet̄ ipse ingredi si nō hꝫ impedimentū secūdū Pe. et Jo.

¶ De eo uero qui omnino intēdit ingredi religionē sed nondū ingressus reuocat̄ p aliquē ab illo pposito. Idē dicit quidā qñ. s. sit ex cā iusta puta qꝛ in illa religione male uiuit̄ sꝫ ex cā rōnabili

Decimū preceptū de desiderio habēdi res alienas. c. unū.

Ultra peccatū opis iniuste usurpationis diuersaꝝ specierū de quibus dictū est: etiam interrogādū ē de desiderio habito circa res alienas habendas seu acquirēdas iniusto mō. quod desideriū siue cogitatio si est cū cōsēsu rōnis ⁊ alicuius rei notabilis semp ē peccatuꝫ mortale eiusdē spēi cuiꝰ ē opus illius iniuste acquisitionis. sicut uerbi gra desiderās habere p usuras ē species usure. si p rapias est rapina. si p uiā occultā est furtū. si rē sacraꝫ ē sacrilegiū et sic de aliis. ideo interrogandū est quō desiderauit rē alienā ut habeat̄. species peccati que necessaria ē cōfiteri In his tamen peccatis credit̄ nō tenetur ad restitutionē. ¶ Nota etiā cū quis aliquē dānificat proximū in minimo si habꝫ ppositū dānificādi in multo si posset: peccat mortaliter. Unde ementes et vendētes quādocūqꝫ parati sunt decipere proximū in multo si pñt cōmode mortalit̄ peccāt licet actu in modico decipiāt.

Octauum preceptū. Nō eris testis iniquus.

De mendacio.c.i.

DE médacio. Si dixit méda
cium perniciosuz.i. quod sit
contra honoré dei: vt in his que
sunt fidei vel dãnũ notabile ꝓxi
mi spirituale vł téporale morta
le est secundum Tho.2.2. verbi
gratia. Si dixit fornicationem
vł vsurã nõ eẽ peccatũ mortale.
¶ Si negat ꝙ ipse vel alius de
bet dare proximo suo quod ipse
nouit ⁊ huiusmodi: si dixit méda
ciũ in iudicio interrogatus a iu
dice: piurus est ⁊ mortaliter pec
cauit secundũ beatũ Tho.
¶ Si dixit médacium in ꝯfessio
ne de necessario ꝯfitendis mor
tale est. Idem si in predicatiõe
studiose mortale ẽ: nisi ex subre
ptione vel subita locutiõe impre
meditate.
¶ Si persona que dicit menda
cium etiam officiosum est perso
na auctoritatis et magne repu
tationis seu perfectionis posset ꝑ
accidens tale médaciuz esse mor
tale si inde sequeret̃ graue scan
dalum in métibus hominum.
¶ Si dixit médacium iocosũ.i.
causa solatii vel officiosum.i. ad
vtilitatem aliquã cõsequendam
spiritualem vel téporalem sine
nocumento alterius semꝑ est ve
niale peccatum. Tho.2.2.q.3.
¶ Si dixit falsum testimonium
cõtra aliqué in iudicio: vel accu
sauit iniuste: vltra mortale pec
catum tenetur de omni damno
leso: et etiam ad restitutioné fa
me: vt scilicet dicat se falsum di
xisse: sed postꝙ ille est punitus ñ
tenetur ꝓpter periculum quod ei
immineret.

De detractione.c.2.

DEtractio ẽ ꝑ quã aufert̃ fa
ma alterius et multiplicit̃
¶ Si quis imponit alteri aliquid
falsum quod sit notabile: morta
le est et tenetur ad restitutionez
fame: nisi ex hoc immineret ei
magnum periculũ. Tho.2.2.
¶ Si ad peccatum alterius quod
narrat addidit aliquid notabile
vltra peccatũ tenetur ad restitu
tionem fame: nisi ex hoc immie
ret ei magnum periculũ. Tho.
secunda.2.
¶ Si ad peccatũ alterius qđ nar
rat addidit aliquid notabile vl
tra peccatum tenetur ad restitu
tionem fame: si illud dictum im
portat infamiam.
¶ Si peccatum alterius mortale
cum essz occultũ ad diffamandũ
manifestauit aliis: peccauit mor
taliter ⁊ tenetur ad restitutioné
fame inquãtũ põt: nisi illud cri
men postea ꝑ aliã viam esset pu
blicatum.
¶ Si peccatum alterius occultuz
manifestauit non intendés dif
famare vel alꝯ nocere: sꝫ ex qua
dam loquacitate nõ videtur mor
tale: nisi per accidens: videlicet
si ex hoc sequeretur diffamatio
illius: puta qr audiétes publicãt
¶ Si accusauit in iudicio vł de
nunciauit prelato crimen alteri
us: non zelo iusticie: sed ex mali
uolentia peccauit mortaliter: sꝫ
ad restitutionem fame nõ tenet̃
seruato ordine iuris.
¶ Si fecit libellos famosos.i. ce
dulas siue scriptas in detractio
nem alterius ponés in loco publi
co vt legantur: aut cantilenas ⁊
huiusmodi: mortaliter peccauit:
et tenet̃ ad restitutioné fame.
¶ Si peccatuz alterius etiã ma

nifestū narrat ex odio et intētio
ne nocendi peccauit mortaliter:
sꝫ ad restitutionē fame nō tenet
si aūt ex loquacitate narrat: pec
cat venialiter. Sed si defectus
alioꝝ qui sunt peccata venialia
ꝯmuniter recitauit ex loquacita
te vl' aliqua indignatione non
est mortale pecatum: nisi ex hoc
intēderet etiā diffamare.
¶ Si significauit peccatū alteri
us mortale et occultū prelato vel
parentibus ꝯfessori vel aliis qui
sūt persone mature vt possit me
lius ꝓuideri: quod precipue habꝫ
locum cum timetur de recidiuo:
nō est peccatū: sed caritas. ¶ No
ta tamē cum quis tenet ad resti
tutionē fame si falsum dixit de
bet dicere his quib' dixit se fal
sum dixisse: nec excusat quia sit
ei verecūdia magna. Si autem
dixit verū: nō debet dicere illis
se falsum dixisse: q2 esset menda
cium: sed iniuste et male dixisse
¶ Si quis narrat crimē alterius
ꝙt audiuit dicēs se audiuisse sic
ab eo dici: licet occultū ex loqua
citate vel leuitate nō videt mor
tale: nec tenet ad restitutionem
fame: vel si est dubium.
¶ Si quis bona facta ab alio di
xit mala intētione esse facta: vi
delicet ꝓpter ypocrysim ꝛ super
biam et huiusmodi intendēs euꝫ
infamare peccat mortaliter.
¶ Idem si negat bona facta ab
aliquo.
¶ Si etiā tacet bona que scit cū
ē necessariū ad liberādū ꝓximū
¶ Si audiuit infamationes ꝛ dif
famationes aliorū. Nā si hoc fa
cit q2 delectatur de infamia eo
rū peccat mortaliter. Si aūt hoc
facit q2 delectat de loquacitate:
sed displicet ei infamatio alioꝝ
nō videtur mortale. In prelatis
autē qui possūt hmōi prohibere ꝛ
no faciūt mortale videt. di. 25.
. §. alias aūt ea demū. in glo.

De auaricia que ē secundū vi
ciū capitale.

Incipit secūda pars in qua tra
ctatur de modo interrogādi pe
nitentes a ꝯfessore de septem vi
ciis capitalibus et eoꝝ speciebus
et primo de auaricia. et hꝫ. c. 9.

Titulus primus.

Uaricia tripliciter ꝑ
petratur. s. iniuste ac
quirendo. tenaciter re
tinendo. ꝛ inordinate
amādo. habetqꝫ multas species.
¶ Prim' modus. s. iniuste acqui
rendi de quo supra dictū ē in. c.
Non furtū facies. restant tamē
alique de quib' dicet. Secūdus
modus retinēdi tenaciter: et ter
tius. s. amādi inordinate postea
inferius ponetur.

De symonia. c. primū.

Symonia que est circa spūa
lia et est semꝑ peccatū mor
tale in omni casu. ¶ Nota ꝙ pe
cunia que recipit symoniace nō
debet restitui ei qui dedit: sꝫ de
necessitate debet paupib' eroga
ri: vel illi ecclesie in cuius iniu
riam data est.
¶ Si dedit pecuniā vel aliquid
aliud quod precio possit estimari
pro habēdo aliquo sacramēto vl'
baptismo eucharistia beneditio
ne nuptiaꝝ penitētia ordinatio
ne chrismate et extrema vnctio
ne quasi preciū huius sacramen
ti: cuius signū quādo dat vt pre
cium et fit pactio cū dante. Idē
presumit quando negatur sacra

mentū si non datur pecunia symonia est nec excusat ꝯsuetudo secus vero ē si dat vt elemosinā et gratis nō coactus: sed sponte et ad seruandū ꝯsuetudinem nō exactus.

¶ Si clericus existēs accepit aliquid tēporale ꝓ aliquo sacramēto dato vel dādo vt preciū eius: vł quia aliter nō dedisset: symonia est.

¶ Si dedit aliquid quod precio possit estimari ꝓ aliquo beneficio ecclesiastico simplici ł curato obtinēdo: symoniā cōmisit: sꝫ soluēdo taxam curie et bullas nō reputatur symonia.

¶ Si pro aliquo beneficio ecclesiastico vel dignitate habēda aliquod tēporale dedit symoniam ꝯmisit. Et idē de ꝯferētibꝰ būficia et officia et huiusmodi ꝓ temporalibus.

sepulcrū

¶ Si emit vel vēdidit aliquam capellā eccl'ie symonia est.



¶ Si emit vel vēdidit sepulturā ecclesiasticam siue sepulchrum vbi ponitur cadauer siue officiū eccl'iasticū symoniam cōmisit.

Si patronus existēs ꝓ pecunia elegit vel presentauit instituendum symoniam cōmisit.

¶ Si emit vel vendidit aliquod ius patronatus alicuius capelle vel ecclesie: symonia est.

¶ Si porrexit preces carnales ꝓ aliquo indigno ordināndo uel beneficiādo: symonia ē: si intēdit vt prelatus ratione precum principaliter assentire.

Si fuit mediator ad ꝓcurandū alteri aliquod spūale: vt beneficium ordinem et hmōi ꝓ aliquo temporali.

¶ Si ꝯduxit aliquē ad predicandum pactione pecunie et hmōi: symoniam ꝯmisit: et similit' predicator qui hoc mō acceptauit: symoniam commisit.

¶ Si filiam vel cōsanguineā vł seruam misit ad monasteriū pactione facta de certa quātitate ꝓ ingressu monasterii symoniā cōmisit: necnō moniales nisi forte monasteriū essꝫ adeo tenue ꝙ nō sufficeret illi ꝓuidere. De symoniis clericorū vide in tertia parte. c. de clericis. De hac vero materia symonie habes plenius in. 2. parte. ti. 1. de symonia per totum.

De proditione. c. 2.

Proditio frequēter ex auaricia fit. ¶ Si prodidit ciuitatem vel castrū vel personam inimicis: vltra mortale tenetur de omni damno inde secuto.

¶ Si ꝓdidit res alterius iniuste auferentibus: idem.

¶ Si ꝓdidit secreta alterius iniuste: vltra mortale tenet' de dānis inde secutis. secus si secreta iniqua vt cōiurationes et tractatus cōtra ciuitatē vel nocumēta personaꝝ manifestat: quia tunc bū facit et facere tenetur.

¶ Si recepit aliquid sub sigillo cōfessionis: sed nō in cōfessione si reuelat peccat mortaliter: nisi illud esset quid iniquū: cui possit obuiare manifestando. et si de hoc ꝑpendit qū promisit peccauit mortaliter: sed nec debet tenere secretū: q: etiā tūc peccaret

¶ Si legit litteras alterius clausas videt' mortale: nisi poneret spem in ratihabitione mittētis: vel eius cui mittitur.

De acceptione ꝑsonarū. c. 3.

SI accipit psonā in iudicio: videlicʒ quia magis audit vnam psonam q̄ aliā: vel credit vni magis q̄ alteri non seruato ordine iuris: vl' magis declinat ad vnam partē q̄ ad alterā rōe amicicie et huiusmōi posset esse mortale.

¶ Si in distribuēdis beneficiis vel officiis eccl'iasticis vl' secularibus admittit indignos peccat mortaliter: et tenet de dānis inde secutis psonis.

¶ Si in faciēdis cedulis que vulgariter dicūtur scrutinia scient admittit indignū: vel qui prohiberet admitti vl' excludi dignū peccat mortaliter.

¶ Si in distribuendis oneribus vel imponēdis collectis ciuitatis scienter grauat aliquē cōtra vel vltra debitū: vl' alleuiat peccat mortaliter et si soluʒ ex eius determinatiōe fieret talis distributio tenetur dampnificatis de dāno. secus vero est si ponuntur in eo plures alii. Et si cum haberet distribuere elemosynas alicuius societatis vel testamēti et huiusmodi nō fideliter distribuit: et si dedisset nō indigētibus vltra mortale tenet ad restitutionem.

De turpi lucro. c. 4.

SI iudex accepit pecuniam vt iudicaret aut bene iudicaret aut non iudicaret: aut iniuste iudicaret peccat mortaliter: et tenetur illa restituere danti: nisi dedisset vt male iudicaret: quia tūc tenetur dare paupibus

¶ Idē de teste ꝓ testimonio falso ferendo: qꝛ peccat mortaliter et tenet restituere.

¶ Si fecit instrumētū in fraudē vsuraꝝ vt notari⁹: peccauit mortaliter: ⁊ mercedē quam accepit debet pauperibus erogare.

¶ Si seruiuit vsurario i arte vsuraria peccauit mortalit: et si bona vsurarii essent obligata restitutioni nō posset retinere salarium: sed debet restituere creditoribus vsurarii: al's aūt posset: sʒ illud dare debʒ paupibus de honestate tamē non de necessitate nisi ipse esset pauper.

¶ Si recepit pecuniaʒ pro turpitudine: vt meretrix vl' mala mulier debet illā paupib⁹ erogare: non tamen de necessitate: sed de cōsilio honesto.

¶ Si quis facit aliquā artē vl' artificiū cuius vsus vtplurimum ē ad mortale: vt facere taxillos vl' cartas et huiusmodi: peccat mortaliter: nec debet absolui nisi disponat illud dimittere. Lucrum vero ex hoc factū debet pauperibus dare ex ꝯsilio nō precepto.

¶ Si diebus festiuis emit vel vēdidit negociando: nisi forte in nūdinis: vel fecit cōtractus al's nō necessarios tūc: vel scripsit l' fecit aliquid manuale ꝓ lucro ultra peccatuʒ secundū aliquos debet illud lucrū paupibus dare ⁊ potius videt de honestate q̄ de necessitate.

¶ Si tpe messiū vel vindemiaꝝ emit bladū vel vinū vel fructus vt alio tēpore vendat carius non existens talis rei negociator: neqʒ ꝓpter aliquē honestū finē: sed ꝓpter cupiditatem turpe lucrum est: nō tñ tenetur in aliquo.

Si accepit aliquid vt aliquē eligeret ad dignitatē aliquā tpalē vl' officiū secl'are l' vēdidit huiōi

officia secularia turpe lucrū est: nō tñ̄ tenetur ad restitutionē aliquam.

¶ Si mercator vl' alius portauit vel portari fecit ferrum ligna ⁊ quecūqꝫ mercimonia ad terras infideliū nō habēs licentiā apostolicā est excōmunicatus' excōmunicatione papali: incurritqꝫ alias penas. vt habes in. 4. parte. ti. ꝑ totū. Idē de dantibꝰ in hoc auxilium et consilium.

¶ Si negociator exercet negociationes non ad aliquē finē honestum: videlicet gubernare familiā ad vtilitatē patrie et hmōi: sꝫ principaliter ob immēsam cupiditatē committit turpe lucrū. non tamen tenetur de necessitate dare lucrū paupibus: sed vnā partē de cōsilio et honestate.

De ludo multiplici. .c.5.

SI lusit ad taxillos vl' cartas vel ad aliū ludū fortune.

¶ Si vicit ꝑ fraudē vel ꝑ falsos taxillos: vel mēdaciose: tenetur illud qd' sic vicit restituere amittenti vltra mortale ꝯmissum: nisi sit quid parum

¶ Si vicit ab eo qui alienare nō potuit: vt seruo religioso vxore filiofamilias ⁊ hmōi: teneṫ restituere his qui habēt curā illoꝝ: ⁊ est mortale si ē quid notabile: et si ex cupiditate acquirēdi ludit

¶ Si per multā importunitateꝫ traxit alium qui nō intēdebat ludere vel retinuit volentē recedere: vltra mortale teneṫ illi si est quid notabile.

¶ Si acquisiuit seu vicit ꝑ ludū hmōi in locis ubi ꝓhibetur ludus et mādaṫ fieri restitutio siue legibus impialibꝰ siue municipalibus: et seruaṫ quantū ad vtrūqꝫ: debet tunc fieri restitutio illi qui amisit. secus si leges ille sūt abrogate ꝑ cōtrariā ꝯsuetudinē

¶ Si vicit ꝑ ludum i aliis casibꝰ exceptis predictis non teneṫ illi restituere qui amisit: q̄uis possit elemosinaliter si sit paup elargiri: sꝫ debet paupibus erogare de honestate et cōsilio secūdum aliquos teneṫ de necessitate qd' tutius est. nō oportet tamē tales stringere ita ad certā restitutionem sicut in furtis vsura et hmōi. secundū vero Ray. sūt quedā ꝑsone quibꝰ indistincte teneṫ quis restituere quicquid ab eis lucratus fuerit in alee ⁊ taxilloꝝ ludo videlicet furiosi prodigi miores .25. annoꝝ: et maxime pupilli.

¶ Itē mētecapti surdi muti ceci et qui ꝑpetuo morbo laborāt: qr tales rebꝰ suis interesse .1. ꝓuidere nō possūt: ꝓpter quod dandi sunt eis tutores et curatores.

Idem videtur dicēdū de seruis monachis ⁊ ceteris claustralibꝰ et filiis familias qui nō habēt peculium castrense: vel quasi et de vxore que ñ habet bona parafrenalia et etiā de admistratoribꝰ rerū ecclesiasticaꝝ que sunt pauperum et de similibus ꝑsonis: tñ̄ tales pecunie nō sunt restituēde eas ꝑdentibus: sed tutori curatori patri monasterio dn̄o marito ecclesie et huiusmodi. De restitutione taliū vide plenius in sūma. in. 2. parte de restitutione ludi. De aliis vero que ꝯtigunt in ludis: vt fraudes blasphemie amissiones tēporis, et huiusmodi habes diffuse in aliis capitulis.

De inquietudine.

INquietudo circa tēporalia acquirenda et cōseruanda ¶ Si habuit immensam sollicitudinem circa huiusmodi: et propter hoc dimisit aliquid necessariū ad salutem: vt missam et huiusmodi: est mortale. Si vero nō dimisit necessaria: sed remissior fuit quoad spūalia veniale est.

Si habuit nimiā sollicitudinē circa huiusmodi ex parua cōfidētia auxilii dei in se nō est mortale: sed videtur veniale: est tamē multum impeditiuum deuotiōis et alioꝝ bonoꝝ spiritualium.

De inhumanitate retinendi tenaciter. c.7.

Auaricia i retinēdo tenacit̄ seu inhumanitas nō faciēdi elemosynas corporales indigētibus quādo potest hoc versu ꝯtinet̄.s. Uisito poto cibo redimo tego colligo condo.

¶ Si habēs supflua quoad naturam et quoad decentiam status sui pro se ⁊ familia sua nō subuenit necessitatibus alioꝝ etiā nō extremis: sꝫ magnis quas nouit mortale est.

¶ Si habēs de supfluo quoad naturam ⁊ si nō quoad decentiam status ꝑ se et familia sua nō subuenit paupib' in extrema necessitate quos nouit: mortale cōmuniter indicatur: sed hic oportet multa ꝯsiderare ad bene intelligendum. vide de hoc in. 2. parte. ti.1.

¶ Si nō subuenit indigentibus de industria et arte sua cū potuit: vt medicus medendo ⁊ visitādo infirmos paupes sine salario. aduocatus in aduocando: ꝓcurator ꝓcurādo et hmōi: videt̄ mortale. ¶ Si quis nō subuenit pauperib' necessitates extremas patientibus cū posset: vel tardauit dare ⁊ exasperauit paupes veniale ē. ¶ Si parauit pauperibus nimis sumptuosa vel nimia que stuātibus sine causa indigētibus vl' vtētibus male elemosinis peccatum est potius q̄ meritum.

¶ Si laborātibus ꝓ eo i quocūqꝫ ministerio nimis distulit dare eis mercedē vltra cōuētiones factas: cū tn̄ possit soluere: pessꝫ cē mortale si incurrerēt graue dānum vl' scandalū. Idē si aliquid defraudauit.

De auaricia amandi res inordinate. c.8.

NOta q̄ si quis res etiā iuste acquisitas ita inordinate amat vt inhereat eis vt fini: cui' signum est quādo ꝓpter eas non admittendas esset paratus facere cōtra aliquod preceptoꝝ dei: peccat mortaliter: qꝛ pl' diligit creaturam q̄ deū. Si antē nullo mō vellet facere cōtra salutē suā ꝓpter hmōi tpalia q̄uis inordiate afficiat̄ seu amet ea veniale ē

De ꝓdigalitate cōtraria auaricie. c.9.

SI supflue expendit suā substātiā: vl' in edificiis sūptuosis: vl' i equis vel in ꝯuiuiis deliciosis vl' frequētib': l' palestris vl' ludis vl' ornamētis: l' turpitudinib' et precipue mulierū: vel in ensenii l' histrioibus ⁊ huiusmodi peccatū ē: ⁊ qn̄ est notabil' excessus: sꝫ ē sine ꝯsensu ē veniale: vl' nullū etiā dere notabili secundū ꝓportionē sui stat': ē mortale: vl' in modico est veniale

Descédere auté ad particularia:
puta determiáre quando é mor
tale vel veniale nó de facili pót
dari iudiciū certū aquo cognos
catur.

De inuidia que é quartū viciū
capitale. Titulus. 2. de inui
dia et eius speciebus. 4. et hz. c.
quatuor. Primū.

INuidia est tristicia de alie
no bono inqntum desideraƚ
vt diminutiuū ꝓprie excellétie ⁊
si sit ex ꝯsensu rationis mortale
est: nisi esset de aliqua re parua
sicut puer qui inuidet alti puero
ꝙ habeat plures fructus et hmōi
sed si sit secundum motū sensua
litatis et cū displicētia rationis
est veniale vł nullū etiam de re
notabili. Interrogandū est secū
dum statum de huiusmodi inui
dia. s. si prelatus alteri prelato
inuidet de maiori prelatione vł
dignitate. Si é officialis de ma
iori et digniori officio. Si doc
tor de maiori sciētia et cócursu.
Si scholares de acutiori igenio
altius scholaris. Si ciuis de ma
iori honore ⁊ reputatione altius
Si spūalis de maiori fama alte
rius. Si mulier de alterius ma
rito filiis ornamentis pulchritu
dine et huiusmōi. Si artifex de
artificiis artis sue et lucro et sic
de aliis. Si quis cū dolet de bo
no proximi sui: nō exeo ꝙ ille ha
beat: sed de defectu suo: quia ip
se illo caret cōtentus tamē ꝙ pro
ximus habeat nō ꝑtinet ad inui
diam: ⁊ similiter si doleat de bo
no inimici ex hoc solum quia ti
met inde sibi nocumētum: nō ꝓ
prie pertinet ad inuidiam.

De odio et aliis filiabus inui
die. et primo de odio. c. 2.

SI habuit odiū ad deū: quia
flagellauit eū ł impediuit
mala desideria eius: vel alia de
causa mortale est.

¶ Si habuit odium ad proximū
desiderās malū eius ut malum ⁊
si est malū notabile quod illi ap
petit ratione deliberata morta
le é: siue malū sit in ꝑsona: uł fa
ma vł substantia: vł alio modo:
secus auté si nō cōsensit ratione
vł sit quid nō multū damnosū.
Si vero desiderauit malū alteri
us: videlicz infirmitaté in bonū
eius: vt. s. bonus efficiaƚ: ł ne pe
ior vel ne aliis noceat: nō est odi
um. Interrogandum et inuesti
gandum est hoc caute: nam lai
ci omnem displicētiam solét ap
pellare odium: que tū non est ni
si modo dicto. Item odiū cōtra
vnū reputant tātum vnum pec
catum. Sed nota ꝙ sicut in ali
is sic in isto. Quotiés reuocando
iniuriā méti de nouo habuit odi
um ad illum cū cōsensu rationis
totiens peccauit mortaliter. In
terrogandum est etiā de tēpore
scilicet qntum perseuerauit ⁊ quo
modo frequenter odiuit. Item
ꝙ dimittat omne odium: sz opor
tet imo non debet illi petere ve
niam quem odiuit: si peccatum
est occultum nisi cum verbis vł
aliis modis offendisset.

De susurratione que est pone
re dissensiones inter amicos pro
pter malam intentionem. c. 3.

SI quesiuit ponere discordi
am inter amicos uł ꝯsāguī
neos: dicens malum vni de alte
ro: vel ecōtra: vel referens studi
ose que possunt causare hmōi: qz
mortale est: et nurus erga socrū

et socrus erga nurum solent his vacare.

Si dixit aliqua verba vnde orta est discordia inter amicos vel consanguineos: sed nec hoc intēdens sʒ incaute de se: nō est mortale: sʒ possʒ esse ratione scādali.

¶ Si quis intēdit dissoluere malas amicicias vel ꝯuersationem alicuius cum aliis ne decipiatur ꝯgruis remediis nō est malum.

De exultatiōe i aduersis. c. 4.

SI videns damna euenire ⁊ mala his quibus inuidit uł odium habet letatur deliberato animo de malo illius mortale ē. secus autem si nō deliberato animo. Letari autē de malo inimici nō inquantū malum eius: sed inquantū nō poterit nocere: vel ał's iniuste eū opprimere potest esse sine peccato.

De tristicia in prosperis.

DE tristicia in prosperis que hoc mō differt ab inuidia: quia tristatur de bono proximi: et propter hoc cogitat quomodo male habeat et desiderat sʒ cōtigit sepe ꝙ nō patitur ille dāna que ei appetit: sed magis prosperatur: et de hoc tristatur: et est mortale vbi est cōsensus ratioīs.

De ira que est quintū viciū capitale. titulus. 3. et habet. c. 2.

Primum.

IRa est appetitus vindicte ⁊ viciū capitale ⁊ frequenter miscetur cū odio.

¶ Si propter aliquē defectū in se vel in altero cōmissum desiderauit vindictaʒ seu punitionem quomodocūqʒ vel per se uł a deo vel ab alio intendēs solum satisfacere animo suo irato: et ē mortale quando. s. solum intēdit punitionem preter ordinē rationis si notabile malū est ⁊ cū ꝯsensu rationis. ał's veniale: vt ira quotidiana i gubernatione familie.

¶ Si iratus in seipsū propter aliquem defectum turbatur cōtra se veniale est cōmuniter.

¶ Si iratus cōtra deum propter aliquod flagellum murmurat in corde vel ore impatienter ferēs: et potest esse mortale et veniale secundū modum impatientie.

De indignatione et aliis filiabus ire. c. 2.

SI indignatus cōtra aliqueʒ non valens audire eū uł uidere reputans eū indignum eo ꝙ sibi displicuerit: cū debuit seruire potius est veniale cōmunit. et si propt hoc retinet sibi loquelam uel aliud signū ostendit displicentie: quia auferenda sunt ꝓpter scandalum proximoꝝ et opinionē odii.

De tumore mentis.

SI excogitauit diuersas vias et modos ad vindicandum se de iniuria ⁊ his implicauit mētem cogitationibus altercatiuis secundū ꝓcessum pōt esse mortale et veniale.

De clamore.

SI ex ira clamauit cōtra aliquem inordinate et cōfuse et furiose loquēdo est veniale cōmuniter.

De contumelia.

SI dixit alteri verba ꝯtumeliosa ł' iniuriosa ł' importā

tia vicia vl' opprobria aīo iniuri
andi notabilit: ut uocādo eū ꝓdi
torē vel inhonestaꝫ ꝑsonā: et di
cendo mala de pentibus ⁊ huiuſ
modi mortale eſt.
Si dixit verba opprobriosa fa
milie ſue vl' diſcipulis l' ſibi ſub
ditis cā correctōnis: ſi ſit modo
debito ⁊ honeſto ē ſine peccato:
vl' coiter ē ueniale: niſi infama
toria diceret: ⁊ ſequeret' ſcanda
lum magnum

De blaſphemia et maledi
ctione creaturarum.

SI blaſphemauit aīo delibe
rato aliquē: ut ꝑcuteret' tali
maledictione in malū eſſet mor
tale: niſi hoc affectaret i emēda
tioneꝫ eius. Si vero hoc nō deſi
derauit ſecūdū rōnē: ſꝫ ſecundū
ſubitū motū ire eiuſ cuius ſignū
ē: qꝛ ſi hoc ꝯtingeret valde dole
ret: ſicut fit a parētibus coiter:
veniale eſt
¶ Si maledixit creaturaſ irrati
onabiles: qꝛ ſi fecit in deteſtatio
nē creatoris: l' in dānū dni eiꝰ
ē mortale: al's veīale et ocioſū.
¶ Si blaſphemauit aīas defun
ctoꝝ ſuoꝝ parētū: ul' alioꝝ homi
nū videt' mortale: qꝛ videt' intē
dere notabile malū. Idē cum ſe
ipſū maledixerit ex impatiētia.
¶ Si blaſphemauit diabolum:
malū eſt: qꝛ ocioſum ſaltem.
De maledictione dei ⁊ ſanctorū
dictū eſt ſupra primo precepto

De rixa.

DE rixa p quā ex ira ſe inui
cem homiēs ꝑcutiunt. i. cū
fit aīo nocēdi l' iniuriādi: vt in
adultis ē mortale in incipiēte.
Idē in ꝓſequēte aīo vīdicatiuo

ſecus ſi animo defendēdi ſe tātū
vl' etiā ad exercitiū vt pueri.

De ſeditione.

DE ſeditione que eſt quādo
vna pars ciuitatis īſurgit
ꝯtra aliaꝫ: ex parte eius que mo
uet ē mortale cū omnibus ſequa
cibus eius et tenetur de omnibꝰ
damnis inde ſecutis alteri par
ti. Ex parte aūt eius qui reſiſtit
ſeditioni iniuſte mote cōtra ſe l'
bonū ciuitatis nō eſt ſecundū ſe
peccatū: niſi miſceantur odia et
vindicationes prout cōmuniter
